plicat ad romanos. Et sicut non probauerunt deum habere in
notitia, tradidit eos deus in reprobum sensum ut faciant quae non
conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione,
nequitia, auaritia, et ceteris. Cum enim semel se tradiderint fal
si doctores mendaciis atque periuriis et mortibus; Deceptorum non pe
de temptato nec considerato gradu, sed praecipites currunt ad in
teritum et suum et eorum quos deceperint. Nec loquitur eis dominus sed
ipsi loquuntur quasi ex ore domini, et de quibus et dicitur; Si stetissent
in consilio meo, hoc est si meae uoluissent adquiescere uolunta
ti, et nota fecissent uerba mea populo meo, non blandientes eis
et adulatione perdentes ut dicerent non habetis peccatum, perfectam
iustitiam possidetis, sanctitas et pudicitia atque iustitia in uobis
tantummodo repperitur, et ego non tradidissem eos in inmundi
tiam et ignominiam ut facerent quae non conueniunt et seque
rentur cogitationes suas pessimas; Contemplemur hereticos
quomodo semel desperantes salutem gulae se tradant et de
liciis, uescantur carnibus, frequenter adeant balneas, musco fla
grent, unguentis uariis deliuti quaerant corporum pulchri
tudinem. Semel enim futura non sperant, nec credunt in resurrec
tionem, quod et cum sermone non pandant ostendunt operibus; si enim
crederent, ista non facerent. Et in hoc loco ubi scriptum est; Si stetissent
in consilio meo, Aquila, Sym machus et Theodotio et LXX
ut supra similiter transtule runt; Numquid deus e uicino C III
ego sum dicit dominus, et non deus de longe; et si occultabitur uir in

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0229